

Ego Michaelus Campbelli - M.R.C.S.L.
gradum doctoratus in Medicina ambiens, seruo
et sancto Medicinae Professoribus et Alma
Academia Edinburgensi, et assensu hoc scripto
meo testatum cupio me unum et vigesimum
aetatis jam complevisse et me esse liberam scilicet
nullius A. Surgi, aut Pharmacopole aut alius
cujusvis artificii Magistri servitio addictum
ut discipulum, vel Tironem, vel ministrum, qualis
Anglice dicitur - An Apprentice.



- 8. 12. 32.

Belfast-

Nov 1828 to Nov 29 - = 12 Months attendance on the Medical & Surgical
Practice of the Belfast Hospital; which con-
tains 120 Lects.

Glasgow
1829 & 30

Surgery Lectures by ——— Dr Burns M.D.
Midwifery do ——— J. Fowers —
6 Months attendance on the R Infirmary

Dublin
1830 & 31

Institutes of Medicine — by ——— R. J. Graves M.D.
Practice of Physic ——— J. J. Leary M.D.

Edinburgh 1st Set
1831 & 32

Chemistry ——— Dr Hope
Anatomy, Pathology & Surgery ——— Dr Monro
Midwifery ——— Dr Hamilton
do Hospital attendance — do
Botany ——— Dr Graham
12 Months attendance on R Infirmary

Edinburgh 2nd Set
1832 & 33

Natural Medicine ——— Dr Christison
Clinical Medicine ——— Dr Alison &c
Royal Infirmary ———
Natural History ——— Professor Jamieson
Practical Chemistry ——— Dr Reid.


Michael Campbell M.R.C.S.L.

Nov 23rd 1832

Mr Campbell requires another optional class besides
those mentioned in the preceding list. If he desires it,
he is at liberty to attend Medical Jurisprudence next
summer in the remaining optional class.

Nov. 23.

1832



Andrew Campbell. M.D.

Mr Campbell

Dissertatio Medica

Inauguralis

de

Ascite.

Auctore Michaleus Campbell.

Quum corpus humanum secunda valetudine fuerit,
vasis exhalantibus profliis humor, qui perpetuo varia
cava corporis lubricat atque humectat; dum eodem
tempore aliis vasis absorbetur. Cum igitur actio
absorbentium exhalantibus equaliter respondeat,
equilibrium instituitur, quod semper in valetu-
-dine secunda accurate sustinetur. Cum autem
hoc equilibrium sanitati adeo necessarium in
hanc vel illam partem inclinabit, valetudo

Semper plus minusve afficitur. Incrementum humoris
vasis extremis arteriarum, sive exhalantibus effusi,
vel diminutio actionis vasorum (absorbentium nempe)
que humorem effusum tollunt, vel error amborum
aequilibrium perdit, inclinationemque statuit, qua,
humor in cavo brevi colligitur, Hydropemque ibi
facit. De collectione autem in cavo abdominis,
quae Ascites abdominalis appellatur, in paginis
sequentibus ^a quantum ingenio possumus fort animus
tractare.

Hunc morbum classi Cachexiae, et ordine Intu-
-mescentiae aquosae, subjectum; Cullenus egregius
ille medicus, hisce verbis definit, viz, "Ascites
abdominalis, cum tumore totius abdominis aequali,
et cum fluctuatione satis evidente."

De Morbi Historia.

Initio morbi vultus pallidus est; pulsus parvus, debilis, plerumque frequens, et inordinatus. Cutis arida et aspera, cutemque anserinam saepe representat. Afficitur aegrotus anorexia, intestinorum doloribus, siti magna, continua, et molesta. Urina parce fluit, atque nunc limpida, nunc turbida, lateritia, vel crocea profunditur. Ab his per totum morbi decursum astricta esse solet; attamen nonnunquam supervenit diarrhoea. Haec omnia signa tamen non semper adsunt; alia enim aliis temporibus sese ostendunt. Tumor accumulatione humoris, corpore erecto regionem hypogastricam primo occupat; sed magis magisque auctus, denique totum abdomen implet. Distentio, sensusque gravitatis, simul

cum corporis positu differunt; cegro erecto tumor gravitate humoris in regionem hypogastricam decidit, recubante autem, latus inferius magis occupat. Si in abdomine manum alteram imponamus, dum ex parte adversa altera pulsamus, sensus aquae fluctuantis, aut undulationis manifestus est, et sonum etiam saepe audimus.

Morbi gradibus profectioribus abdomen magis tumet, signaque graviora evadunt.

Ager, lassitudine, somno perturbato, hebetudine, appetate, nauseaque vexatur. His accedit inflatio, quae aliquando eo procedit, ut ventriculum omnibus concoctionis muneribus inhabilem reddat: respiratio difficilis et laboriosa, quae nonnunquam ad orthopnoeam advenit;

quia aqua ^{quantitas} ~~quantitas~~ magna decensum septi transversi
impedit, et ita capacitatem thoracis minuit. Torpor
magis magisque iriget, vultus pallidus, labra interdum
livida, extremitates frigidae sunt. Haec signa tamen
imprimis conspicua in Hydrothorace adsunt, sed
quodammodo etiam in ascite. Lento gradu interdum
hic morbus procedit, interdum cursum accelerat,
et brevi vitam aegroti terminat. Cum autem
febris hectica, et dolores graves cum diutius la=
= cessaverint, denique exhaustus post animi
deliquium et comam in morte quiescit.

De Causis.

Quoniam Hydrops e secretionis aucta pendet,
vel absorptione diminuta; Satis constat omne,
quod illam augeat vel hanc minuatur, morbum
inducturum esse.

Quod cunque impedimento fuerit libero sanguinis tran-
situs plus minusve Hydroperem efficiet. Inde
evenit Polypos in magnis vasis cordis, partes cordis
ipsius, vel valvulas ejus, aut hypertrophiam pari-
-etam, aut vasa magna in os convorsa; Scirrhum
visceris, sicuti, Hepatis, Splenis, pancreatis, glan-
-dularum mesenterii; sed praesertim Hepatis,
causas esse frequentes hydroperis, nam venam
porta obstruit, atque congestionem, in omnibus
venis viscerum, chylopoeticorum, gignit; aut
ab obstructione ramorum exig^uorum, sicuti Splenis
aut renum; inflammatio membranarum serosa-
-rum, internam faciem abdominis tegentium,
saepe causa Ascitae fit, ut lymphae coagulabilis
effundatur, aut membrana ipsa spissior fit,
quarum utraque fortasse officio valvulae,

ad extremitates absorbentium in tota superficie infla-
-mmata, perfungatur. Frigus ventriculo applicatum
potu nimis frigido, praecipue si corpus exertatione
nimia prius calefactum sit, quam potus sumptus
esset, hydrophis praesepere excitans causa est.

Debilitate quoque exhalantium, plus solito humoris,
saepe effunditur, vel contra, vasa absorbentia debi-
-litate laborantia, humorem non in quantitate justa
hauriunt, et inde hydrophis oritur. Porro lapitas
et debilitas, quae oriuntur ex humore jam accu-
-mulato atque indies incrementis, medico haud
parvum officient. Quaequid venas, et vasa lym-
-phatica comprimant, sicuti tumores et aneurisma-
-ta, usque fluxum humoris tardet et impediatur,
ascitem moveat.

De Ratione symptomatum.

Dyspnoea, quae in morbi initio nonnunquam apparet
e debilitate systematis generalis, et praecipue organo-
rum, quae respirationem promouent, pendere vi-
detur. In statu proVectiore tamen plane ortum
ex aqua collectione in cavo abdominis, quae des-
censum liberum septi transversi impedit.

Potest etiam niti quodammodo sanguinis congesti-
one in pulmonibus, quae e vultus lividitate inter-
dum accidisse apparet. Hoc autem maxime con-
spicuum est, quum hydrothorax morbum com-
itatur, quod haud raro accidere videmus.

Raema crurum et pedum, quod seipsum in
hoc morbo citius seruisse ostendit, hac ratione
causae
explicari potest. Humor in vena crura inferiore
deprimatur, atque ita sanguinis reditum liberum

ab extremitatibus inferioribus tardat et impedit, et partem ejus quoque tenuiorem in texturam cellularem effundi efficit.

Urina parca, ut nonnulli dicunt, a secretione diminuta renum derivatur, et quodammodo res se fortasse habet; hanc enim, accumulationi aqua præcedere, nonnunquam observamus. Sed causa ejus præcipua esse videtur determinatio mutata partis tenuioris sanguinis a partibus corporis remotis ad cavitatem abdominis.

Sitis et cutis arida, eadem causa vituntur; pars enim aquosa sanguinis, que naturaliter glandulis secretibus et summe cuti suppeditatur, ad superficiem internam abdominis derivatur, ibique copiose exhalantibus effunditur. Hinc saliva et exhalatio per cutem solita parci-

= rra sunt.

Appetitus diminutus debilitate fibrarum ventriculi musculorum oritur, verisimile est; neque mirandum est, ut Dyspepsia accideret, cum magna aque moles ventriculum comprimit, ejusque functiones perturbat, et hepar quoque, cum tumescit, ut haud raro fit, in ventriculum facit, plusque adhuc motus ejus impedit. Praeterea, bilis et quoad quantitatem atque qualitatem vitiosa, numeribus, quibus destinata esset, concoctionem nempe conficiendo, multo minus facile perferuntur, hinc ventriculus et intestina stimulo solito prouantur.

Vultus pallidus, qui huic morbo saepe adest, diminutione particularum sanguinis rubrarum, maxime fortasse nititur.

De Diagnosci.

Ascites Saccatus, Tympanites, et Graviditas, cum Ascite
Abdominali possunt confundi. **Hydrops**

Ascites Saccatus saepe existit complures menses an-
tequam aeger sine negligentia, sine modesta me-
dicum consulat, et tunc fortasse abdomen adeo
aqua distenditur, hunc morbum ab ascite abdomin-
ali distinguere esse difficillimum. Maximi est
igitur, ut medicus animum attendat historiae,
quam dat aegrotus morbi, et ordinem atque pro-
gressum signorum intelligere conetur. Hac in
specie hydrophis tumor initio haud multum
extenditur, tensio et dolor obtusus in parte tume-
facta sentiuntur. In ascite fluctuatio prope
spinam dorsii sentiri potest, quod rarissime
evenit hydrophi Saccato. Progressio morbi plerum-

= que tardior est, quam in ascite abdominali; et
praeterea, aqua remanet fere eodem in loco, quo-
= cunque status eger se habet; contra autem in
ascite partem inferiorem semper occupat. In
saccato respiratio non adeo difficilis inter am-
-bulandum, vel acclivitatem ascendendum ut
in ascite abdominali est. In saccato etiam
appetitus vix diminuitur; sitis minus urget;
et corpus totum minime emaciatur; cura,
nisi cum tumor permagnus est, non tumida,
sed in morbo utroque tamen menses feminar-
-um sunt ordinati, neque conceptio impeditur.

In Tympanitide integumenta abdominis aequè
distenduntur; si premuntur, manui non facile
cedunt; quum autem pressus removetur formam
eius priorem abdomen cito resumit; et quum

leniter et subito percussam tremit, et vibrat; sensus
ponderis minor quam ex magnitudine putaverimus.
Molestia propter magnam distentionem multum al=
= levatur flatu expulsiōe.

A seitem a gravitate dignoscere non difficile est,
nam mensium suppressio, mammarum incrementum,
papillarum areola, vultus mutatio, mane aegritudo,
et postea motus infantis gravitatem satis ostendunt,
et diagnōsin statuunt.

De Prognosi.

Causa ascitis minime omni tempore apparent nec
cognosci, nec semper submovi possunt, nam penes
fortasse morbus ex aliqua viscerum affectione or=
= ganica quae non cerni potest propter abdominis
distentionem; et etiam aqua non facile absorbetur,
ideoque cum ascites menses complures permansit,

vis nobis spem curationis efficiendam indulgere licet.

In prognosin igitur statuendo qua equidem incerta est, animum causis, durationi morbi, signis, aetate, constitutioni, viribusque aegroti, vertere oportet. Cum alius morbus tumorem ascitis non antecessit; et aqua, etiamsi celeriter formata, non diu permansit, si aeger est florente aetate, et constitutio ejus non intemperantia labefacta, et praesertim quum nulla viscerum affectio organica praecedat, et cum humoris accumulatio haud magna extitit, nec febricula, neque dyspnoea, neque sitis urgens, tunc, ni fallimur, prognosin faustam dare licebit. Sin provectori aetate sit aegrotus, morbis prioribus solutus, et debilitatus, atque epulis hoculisque deditus sit; si febris adest sitis magna, vinum parca, et dyspnoea; si abdomen

magis magisque tumescit, et plurimum distenditur;
si post usum remedium potentium ne morbus qui=
=dem allevetur; et quum longius procedit, diarrhoea
evenit, plerumque, ut primo ab Hippocrate dictum
est, aliisque auctoribus postea, funeste terminat.
Hic igitur necesse, medicum caute prognosin
edere.

De Sectione Cadaveris.

Cadavrum inspectio causas morborum evidentes
nobis interdum ostendit, et effectus eorum in
corpus humanum. Res saepe apparent quae
remediis potentissimis resistunt, et arte humana
nequaquam removeri potuerunt. Cadavera et=
=rum, qui Ascite mortui essent, inspiciendo se=
=quentia invenimus. Cor et vasa ejus magna
varie affecta sunt; interdum more inusitato

artam auctam, ut fit in arcus ejus aneurismate; et
hujus arteriae, et pulmonalis valvulas, et tunicas plus
minusve in substantiam osseam conversas, videmus.

In auriculis et ventriculis cordis et magnis in vasis
ei adjunctis, Morgagni et auctores alii concretiones
polyposas etiam viderunt.

Cum recordamur plerisque qui sub ascite labor-
-ant vino alisque liquoribus ~~fermentis~~ fermenti-
-tatis nimis liberaliter deditos fuisse, non mi-
-randum est Hepatis affectiones saepius appa-
-re. Hepar saepe reperitur ampliatum, septo
transverso alisque partibus adhaerens, et praeterita
plus minusve induratum, et tuberculis exter-
-secus cooperitum, intus stipatum. Totum viscus
ex granis exiguis formam Fusorum exhibentibus,
aut ex multis glandulis conglomeratis constat.

"Viscus totum," inquit Morgagni "e meris glandulis aut ex lobulis constare visum est."

Doctor Mowro tertius mentionem facit de casu, quo Hepar induratum multo minus esset, quam consuetudo fert. Splen est frequenter in hoc morbo affectus, tamen rarius Hepate; adeo amplificatus aliquando repertus est, ut his terre amplius esset solito, et etiam induratus; et in exemplis quibusdam corpuscula milii similia, aut alba et subrotunda, et interdum cartilaginosa et ossea, modo minora, modo majora, in aspectu ejus externo apparuerunt.

Pancreas et glandula mesenterica aucta et indurata saepenumero inventa sunt.

Indicia inflammationis apparent in aspectu externo intestinorum; et si canalis intestinorum,

patfactus est, tunica villosa non mediocriter in-
-flammata visa est.

Scherbius memorat casum Ascites, cui paracentesis
-is septies operata erat. Post mortem calculus
concretus in receptaculo chyli inventus est.

Renes amplificati fuerunt, tuberculata, gran-
-ulata lobulata, inflammata, et etiam suppu-
-crati. Denique nulla viscera abdominis sunt,
qua non aliquo modo diversis temporibus af-
-fecta visa fuerunt.

Hydatis De Ratione Medendi.

In hunc morbum tractando duo consilia sunt
qua attentionem postulant; primo, humorem
accumulatum educere; secundo, vires aegri
reficere, et reditui morbi occurrere.

Ad primum consilium implendum, humor

educendus est, primo medicamentis quae secretionem
moranb: ex iis validissima et efficacissima sunt,
missio sanguinis, cathartica, Hydrargyrus, diu-
retica, diaphoretica, et operatio paracentesis; de
quorum singulis nunc pauca dicemus.

Missio Sanguinis. - In seculo Hippocratis, de-
tractio sanguinis, aliquando in usu fuit, cum
aegro erat habitus plenus; sed diu in desuetudi-
nem incidisset, donec Doctores Blackall,
Crampton, et Abercrombie, revocaverunt eam;
et ex casibus quos narraverunt, apparet missi-
onem sanguinis, justos inter limites, haemultum
prodesse, et interdum remedium solum esse,
quod commode exerceri possit; Praecipue cum
morbus in primo stadio sit, cum pro eius causa
inflammationem agnoscat; cum Pulsus frequens

et validus, dolor, et cetera, adsint; et quum multum
albuminis in urina calore applicato, acido muria-
tico, bi-chloride Hydrargyri, et fero-cyanato
Potassa detectum sit, ut albumen adsit in omni
urina, etiam sanitate, in magnis aut parvis qu-
-antitatibus, quod auctum est, minimis causis,
et uno examine successu careat, alteri respondebit.

Cathartica. — Satis constat, album in Ascite
servare solutam multum prodesse; antea
mos fuit purgantia acerrima, vulgo dicta
Drastica, per magnis in dosibus exhibere, et si
vires aegri ferre queant, quotidie repetendo,
morbum expellere. Purgantia hoc modo ex-
-hibita non solum motum intestinorum peri-
-stalticum accelerant, sed vasa exhalantia,
etiam quantitatem fluidi serosi, in intestina

majorem effundere stimulant; et cum inter vires
exhalantes, et absorbentes, affinitas certa sit, cum
altera etiam altera augetur; sic exhalatio aucta
quam drastica producant, absorptionem movent.

Hoc modo copiam aquae magnam per album
excernunt, et saepe humorem accumulatum mira
cum celeritate exponerant. Ex his remediis, Cu-
cumis colocynthis, Convolvulus Scammonia,
Gambogia, Convolvulus Salapa, Momordica
elaterium, summis laudibus elata sunt.

Sed solummodo utilia sunt, cum habitus
aegri doloris exers est, et cum febris nulla adest.
Nonnulla cathartico-rum Salinorum magno cum
fructu exhibentur; ut urinam mirò in modo
movent, et totum corpus etiam refrigerant, sine
ea debilitate toties ab catharticeis drasticeis efficienda.

Hydrargyrius ab aliis medicis in hoc morbo fore sem-
per nocivus putatur, dum ab aliis summis laudibus
elatus est. Casus memorare igitur mihi licet, in
quibus nocivus, et eos etiam in quibus utilis, inven-
tus est. Cum vinum calore applicato coërit, cum
egrotatus habitus plenus sit, cum dolor abdominis
urgeat, et cum alia inflammationis signa adsint,
Hydrargyrius non solum inutilis, verum etiam per-
niciosus est, tum enim systemati Stimulorum
longe nimium communicare, signaque prius
satis gravia, intendere videtur: si symptomata
inflammationis absint, et si morbus ex affecti-
onibus viscerum organicis, præcipue cordis, aut
ejus valvularum ossificatione, aut Leisho
hepatis, et cæteris, oritur, et quidem in multis
casibus, Hydrargyrius remedium utilissimum et

efficacissimum, repertus est.

Hydrargyri vel tali modo prescribatur, ut *gim-*
-giva afficiantur, ante diuretica, vel simul cum
his. Preparationes ejus optime sunt, submerias
et pilulae. Si album nimis ducant, cum opio
misceantur, et unguentum frictione in regionem
morbosum viscerum.

Diuretica. — “Remedia diuretica, dicuntur illa,
quae urinam movent;” quorum sunt utilissima,
Digitalis purpurea, *Scilla maritima*, *Spiritus*
aethoris Nitrosi, *Potassae Potassae*, et *Acetas*
Potassae.

Digitalis sub forma tincturae, infusi et pulveris
adhibetur; in hujus medicamenti administratione,
effectus ejus in pulsus arteriarum, in functiones
sensorii, in ventriculum, et intestina, diligenter

observari debent; et si in canalem intestinalem fo-
-tenter agat, tormina, aut evacuationes aquosas copi-
-osas producit, syncope, vertigine, debilitate magna,
et pulsu tardo et abnormi, comitata; usus ejus pro
brevi tempore intermittendus est, et opiata adhi-
-scentur, cum aromaticis et acidis vegetabilibus
una pro ce nata repetantur.

Si digitalis effectum optatum brevi tempore non
producat, cum Hydragyris vel Spiritu Aetheris
Nitrosi conjungi debet, quae medicamenta vires
ejus diureticas maxime augent.

Scilla Maritima temporibus antiquissimis in
medicina usumpata fuit, et summas laudes,
omni aere adeptam est. Haec secretiones fere
omnes, praecipue vero renum, movet, ideoque in
hujus morbi curatione, remedium utilissimum est.

Ut Scilla, cum nimis largis in dosibus exhibeatur, eos effectus excitosos non producit, quos digitalis interdum ostendit.

Spiritus Aetheris Nitrosi. - Medicamentum efficax in ascitem, reperitur, ut non solum urinam movet, sed etiam ventris inflationem, saepe permolestam, allevat: is vel solus, vel cum tinctura digitalis, vel Scilla, conjunctus adhibeatur.

Bi-Tartaras Potassa cum copiose diluta, effectus diureticos haud parvos possidet; nam vasa absorbentia magnopere ad actiones fortiores stimulat, quibus humor effusus hauriatur, et haud raro morbum curat: saepe conjungitur decocto genistae maximo effectu.

Acetas Potasse - easdem virtutes, ac bi-tartaras potasse, sed in gradu minore, habet.

Diaphoretica. — Si aeger juvenis et si morbus in stadio
sit, auxilium ex usu, diaphoreticorum derivatum. op-
tima sunt, preparationes antimonii, et pulvis speca-
cuanae et opii.

Ad consilium secundum implendum, egrum omnes
causas, quae corpus huic morbo obnoxium reddunt,
evitare oportet. Tonica et stimulantia, sicuti variae
preparationes ferri, sulphas quinini, gentiana lu-
tea, ura ursi, acida mineralia et cetera, maximo
fructu exhibeantur. Dieta levis esse debet, nutritiva
et concoctiva facilis; fructio, et praeter omnia, exerci-
tatio optima sunt; aqua acidis vegetabilibus aci-
dulata, potam communem constituit salutarem,
vel album vinum Hispanicum aqua dilutum;
vel liquor gin punch dictus; sed liquores mera-
ciores multum alcoholis continentes, rigide prohibe-
antur.

Denique cum corpus extenuatum saepe frigidum
sit, Spanno laneo velare, et se calidum seruire et
= pedis, ut halitus per cutem, et omnia alia excre-
= menda, cito promoveantur.

Finis.

Operation